

B. N. E. 54
h. 8, b.

X 1880 770

JEHOVAH HOC SECUNDANTE!
&

II R
4462

Gratioso Amplissimæ Facultatis Juridicæ
indultu, ac consensu benevolo,

DISSERTATIONEM
JURIS PUBLICI,
VARIAS AUCTORUM
SENTENTIAS,

DE
STATU SEU
FÖRMA S. R. IMPERII
EXHIBENTEM,
IN AUDITORIO MAJORI

d. VIII May, Anno M DC XCV.
publicæ Eruditorum censuræ subjicit,
PRÆSES

JOACHIMUS HENRICUS
SIBRAND,

Rostochiensis, U. J. Doctorandus.

RESPONDENTE

Stephans **A**lbrecht **G**uhmer /
Rostochiens.

ROSTOCHI, Typis JACOBI RICHELII, Ampliss. Senat. Typogr.







L. B. S. E. O.



Ateor lubens, libensq; profiteor, si quan-
do ex eo, quod materia passim abs Au-
ctoribus tractata, (quamvis varias
Auctorum sententias de statu Imperii
nostrri R. G. in peculiari Dissertatione
exhibitam, deprehendere mibi haud li-
cuerit : qvæ enim Dni Lynckeri ; de
forma seu statu S. R. Imper. prostat
Disputatio, (in qua itidem aliquot celebriores recensentur sen-
tentiae,) Jenæ Resp. Kirchring habita, nil aliud est, quam
Dni Bœcleri de Notit. S. R. Imp. Liber 22. notis aliquot illu-
stratus,) eorumq; ingenia sapius antidhac exercuerit, dignitas
eiusdem decrementum pati, hocq; effici queat, ut Lector à lecti-
one deterreatur, præsens thema, haud ultra inspectionem Ru-
bri, sibi quidpiam promittere posse. Ast cum sciam, veros re-
rum estimatores, nec novitatis semper cupidos, ipsum potius
argumenti pondus expendere, quam ficta quādam specie dele-
Etari : Cumq; præterea ex ore Quinti Mucii, referente Pom-
ponio in l. 2. §. 43. d. O. J. didicerim, turpe esse Civi, jus in
quo versatur ignorare, seu, ut clarius, quomodo hæc percepe-
rim verba exponam, multò magis turpe esse, statum Reipubl.
(unde Jus deduci testatur Arist. 3. & 6. Polit. Et res ipsa cla-
mitat, siquidem diversis Rerumpubl. formis, diversa studia, di-

A

versæ

verse Leges conveniunt , vid. Arnisæus de Republ. Lib. 2.
 Cap. 6. Sect. 5. n. 1.) vel imperii in quo vivimus ignorare:
 Ac præeunte Magnifico Dno Rhetio Jcto celeberrimo , in
 Disp. Jur. Publ. in proem. Disp. 4. de stat. German. circ.
 Subdit. p. 188. patria Germanus turpe mibi reputaverim , pa-
 trii Juris peregrinum audire , binc statum seu formam Im-
 perii nostri Romano Germanici , exercitii publice habendi vice
 elegi , & qvamvis varia remoram injicere videbantur , in
 proposito tamen persisti. Sat certus , plurimos , qvibus breves
 hasce pagellas , vel fugitivo saltem oculo percurrere placuerit ,
 qviq; varias à se invicem dissentientium opiniones perspici-
 ent , concessuros esse , rem ancipitis omnino aleæ aggredi , qui
 formam , seu statum Imperii nostri Romano Germanici deli-
 neare in animum sumferit. Sabbathina , & veré Magistra-
 lis , ut olim loqebantur , qvæstio est , sunt verba anté lau-
 dati Domini Rhetii in Disput. Jur. Publ. IV. Cap. 2. §. 8. n.
 84. p. m. 205. quis hodié Imperii status recte denominan-
 dus sit ? Si enim ulla res in controversiam cecidit , sanè
 de hâc Ddres omnibus fibris pugnarunt. Conf. Lirnnæus
 Tom. 1. Jur. Publ. Lib. 1. Cap. 10. n. II. Dnus Schweder.
 Jctus celeberrimus , Consil. Würtemberg. & Supr. Dicast. Asses-
 sor in Introduc. in Jus Publ. Part. General. Cap. 4. §. 49.
 p. m. 151. Reinhard König Disp. Polit. de Stat. Imper. Rom.
 in pr. Auctor des veränderlichen Staats-Mantels n. 100.
 Relfendso de Summa Princip. Germanic. potest. Cap. 13.
 p. m. 192. circ. fin. Arnisæus de Republ. d. l. p. m. 884.
 Bœcler. Instit. Polit. Lib. 3. Cap. 8. p. m. 185. in fin. seqv.
 Multosque statum Germaniae in media Germania anxie qvæ-
 rere , neqvè tamen post tantam Librorum molem , rem satis
 ad liquidum perduxisse multis cordatis judicari , sentit Vir ce-
 leberrimus , de Republ. literaria dum in vivis esset , & nunclon-

ge

gē meritissimus, Dnus Pufendorf. Disquis. de Republ. Irregular. §. 7. p. m. 22. Imò ferē monstra reperiri opinionum de forma Regiminis in Imperio Romano Germanico, testatur Dnus Slüterus quondam Cancellarius Gustroviensis eminentissimus, in tractat. de Subject. Summ. potest. in Imper. seu Republ. Rom. Germ. p. m. 3. In quo definiendo judicium suum suspenderint, & dubitationem prodant, Viri in Republ. nostra versatissimi. Vid. Lampad. tractat. de Republ. Roman. German. Part. 3. Cap. 21. §. 25. p. m. 261. Cellar. Polit. Lib. 2. Cap. 6. n. 24. Quid ergo de mea sperandum erit tenuitate? Dicam in antecessum, non meis, sed Christoph. Besold. in Dissert. Singul. de stat. Reipubl. mixt. Cap. 2. Th. 6. verbis. Ab hâc (*puta nostri thematis*) consideratione, multarum maxi- mi momenti quæstionum resolutio dependet: De qvibus tamen certum aliqvid statuere, minimè ego, sed ii tantummodo possunt, qvi rerum illarum diutino usu peritiam ac- qvisiverunt. & p. p. Ego qvæ in sequentibus adducam, non judicandi, sed differendi animo proponam. Nec tamen o- mne quale quale judicium omittam, vel subterfugiam, sed id ipsum, qvod ex libertate Academica propugnabo, lubentissime, ut & singula qvæ proferenda, cujusvis eruditorum censuræ, imò & mei ipsius, si quando meliora edocet, qvi veritati ultrò cedo, subjiciam. Qvò autem primo statim intuitu generalio- ra perspiciat L. B. qvæ specialiori dein tractatione deducentur, Caput I. generalia premitet, & posthac, qvod in rubro promis- sum, varias Auctorum sententias referet. Caput II. Causas quasdam tantæ discrepantiæ exhibebit. Caput. III. & ult. ar- gumenta præcipua sententiæ celebriorum, & quænam præ reliquis eligenda, tradet. Faxit Summus Jehovah, ut & hic qualsquals labor cedat in Sui Nominis gloriam, atqve ad aliorum studia promovenda, quædam conferat.

A 2

Cap.

CAP. I.

GENERALIA PRÆMITTIT, & DEIN VARIAS AUCTORUM SENTENCIAS DE STATU SEU FORMA IMPERII ROMANO GERMANICI REFERT.

§. 1. Tres omnino & olim & hodiè dari Rerum publ. rectarum, simplicium species, totidemq; corruptas: qvodq; inter rectas, primò loco ponatur Regnum, seu ut alii loqvuntur, Monarchia. (2) Aristocratia, & (3) juxta Aristotelem *πλεία* juxta alios, Democratia, (*vid. Cellar. Polit. Lib. 2. Cap. 5. n. 18.*) qvamvis & *Aristot. Lib. 1. Rhetor. Cap. 8.* vocabulum Democratiæ ita usurpare videatur, ut utramq; tam rectam, qvàm corruptam sub se comprehendat. Inter corruptas autem Regno opponi Tyrannidem, Aristocratiæ Oligarchiam, Politiæ Democratiam, tralatitium est, nec qvisq; vñ primis saltem, ut ajunt, labiis Politices fontes degustavit, negabit, neminiq; non, notissimum esse potest, Cui interim volupè fuerit, ex antiquioribus consulat *Senec. Epist. 14.* qvem explicat *Salmas. Defens. Reg. Cap. 6. p. m. 172. Cicer. de Divinat. Lib. 2. in pr. Stobæum Sermon. CXLI. p. 416. Pindar. Pytb. Od. 2.* qvem allegat *Pufendorff. de J. Nat. & Gent. Lib. 7. Cap. 5. §. 3. p. m. 921.* qvosq; larga manu citat *Melchior Junius quæst. Polit. 1. p. 2. conf. Dn. Thomaf. Instit. Jurispr. div. Lib. 3. Cap. 6. §. 32. seqq.*

§. 2. An verò ex his qvædam detur mixta, non sati convenit inter Ddres, hancq; longé maximam inter Politicos concertationem vocat Avus maternus etiam post cineres mihi suspiciendus, & venerandus, *Dnus Joachimus Carstenius*, Cancellarius qvondam Saxo-Lauenburg. & Syndicus Liberæ Civitatis Imperialis merentissimus

mus in *Disput. de formis seu speciebus Rerumpubl.* habita sub Reinhard König Q. 5. qui *Corollar. i.* hodié plerasqvē Urbes mixta ex Aristocracia & Democratia forma, regi affirmat, (conf. *Besold. Dissert. Singul. de Stat. Reipubl. mixto Cap. 3. Tb. 6. p. m. 191.*) qvalem & patria amantissima agnoscit mixturam. Præter hunc in adfirmantium transit partes *Arniseus de Republ. seu Relect. Polit. Lib. 2. Cap. 6. sect. 1. n. 1.* ubi pro hac sententia 24. recenset auctores, fusiusrq̄e eandem in *seqv. Sect.* probat: (qvein & commendat *Bæcl. Inst. Polit. L. 3. C. 1. p. m. 174. circ. f.* cautē tamen legendum monet) qvod itidem facit *Schönbörner Polit. Lib. 1. Cap. 16.* ac omnino ejusmodi mixtas, 'seu ex simplicibus formis compositas Respubl. dari, tam ex veteris qvām ex recentis ævi historia constare: Et in plerisqvē hodiernis Europæ Regnis & Rebuspubl. mixturam aut temperamentum aliquod adhucdum reperire licere, putat *Dnus Schweder. introd. in J. P. Part. General. Cap. 4. §. 51. p. m. 157.* Imò vix hodiè dari simplicem Reipubl. speciem statuit *Henr. Jul. Scheurl. Dissertat. Pol. p. m. 144.* Conf. *Clapmar. de arcan. Rerumpubl. Lib. 5. Cap. 20. Contzen. Lib. 1. Polit. Cap. 14. §. 9.* qvem citat *Burgold. ad Instrum. Pac. Part. 3. Disc. 2. §. 1. in fin. p. m. 15.* add. *Besold. Dissert. Sing. de Stat. Reip. mixt. Cap. 1. Th. 1. Cellarius* qvoqvē in *Polit. Lib. 2. Cap. 6. per tot. mixtam dari Rempubl. deducit, cui sententiæ & nos subscribimus.*

§. 3. Contrarium tamen volunt *Dominus Thomasius Inslit. Jurisprud. div. Lib. 3. Cap. 6. §. 157. seqq. ad §. 161.* *Bosius Profess. Jenens. allegatus Francisc. Iren. ad Burgold. Part. 3. ad Disc. 2. p. 10. seqv.* pluresqvē in negativam adducit *Arnif. cit. Lib. 2. Cap. 6. S. 1. n. 17.* qvibus addendi *Marc. Zuer. Boxborn. Inslit. Polit. Lib. 2. Cap. 1. in expla-*

nat. ad §. 4. in fin. p. m. 379. cui mixti Imperii nomen haud placet, sed ab eo ordine, qvi auctoritate præ cœteris excellit statibus, totum determinandum censet: idem judicat *Tholozanus de Republ. Lib. 5. Cap. 1. n. 3. p. m. 236.* jung. *Lips. Polit. Lib. 2. Cap. 2. & Bosius in Synops. Polit. Lips. Exerc. 2. Cap. 2. n. 13. Joan. Frid. Horn. Polit. Lib 3. Cap. un. §. 3.* ibiqvè annotat. *Epsleinii. Slüter. de Subj. S. P. in Imp. R. G. p. 4. 15.* *Tacit. Annal. 4. 33.* qvem adducit *Bæcl. in Carol. M. p. 20. n. 3.* Prætereà ex hoc principio qvod indivisibilis fit Majestas, nec apta in plures partes distrahi, negativam amplectuntur, *Hænon. Disput. Polit. 9. Tb. 16. Lit. C. p. m. 455. seqq. Bodin. de Republ. Lib. 2. Cap. 1. item Timpler. & alii, qvos citat Schwe-der. Introd. in J. P. Part. Gen. Cap. 4. §. 50. p. m. 154.* Sed qvò tandem ad propositum nostrum perveniamus, hæcce generaliora fundamenta, eum in finem præmittere placuit, qvò in recensendis variis Auctorum sententiis eò meliori ordine progredi liceret. Stat ergò animus primū illos producere, qvi pro Monarchia pugnant. Dein Aristocratiæ defensores spectabimus: in tertia classe illos, qvi mixtam volunt formam, ponemus: Ac quartò tandem promiscuè varias & mirandas opiniones ac dissensiones ostendemus.

§. 4. Inter eos, qvi formam Imperii Monarchicam venditant, jure meritò familiam dicit *Reinkling de Regim. Secular. & Eccles. Lib. 1. Class. 2. Cap. 2. n. 1. seqq.* (qvem contra Limnæum defendendum sum sit *Wilhelm. Witzendorff in Discursu de Stat. & administrat. Imp. Rom. forma hodierna.*) Huic sociandus, *Habn. de Jur. Imper. German. Sc. methodica tractat. Sect. 30. junct. Sect. 14. Besold. tractat. posthum. Jur. Publ. Part. 2. Cap. 1. p. m. 148. Becker. Synops. Jur. Imp. Rom. Germ. Lib. 2. Cap. 3. §. penult. 17. p. m. 71. seqq. Arumæus Vol. 1. Disc. 1. & 2. Spreng. Jur. Publ. Cap. 3. Richard. Dieteric. Ictius de*

de summa summi Imper. potest. quam Majestat. appellamus
 Concl. XXVIII. Waizenegger. Dissert. Jurid. de Imperat. & Imper. Cap. 7. per tot. p. m. 203. seqq. J. L. Gauter in refutat. Mons.
 Aubry Lib. 3. Cap. ult. ibique allegat. p. m. 208. Sieur de la
 Noue, Disc. 22. Charles Loyseau de la Souverainité de l'Empe-
 reur. Tom. 2. p. 10. Stamler. de Reservat. Imper. §. 5. 6. 15. &
 passim p. m. 131. Daniel Otto Cap. 7. Jur. Publ. Schüß Vol. I.
 Coll. Publ. de Stat. Rei Rom. Disp. 1. Th. 25. Lit. D. ubi rationes
 recenset p. 38. Statum præterea Imperii vel hodiernum Mo-
 narchicum dici posse deducit Rhet. Instit. Jur. Publ. Lib. I.
 Tit. 2. §. 146. p. m. 142. seqv. qui tamen aliter sentire videtur
 in Disp. Jur. Publ. 4. Cap. 2. §. 8. n. 94. & 99. jung. Braut-
 lach. Epit. Jurisprud. publ. Univers. Lib. I. Cap. 2. §. 9. Rein-
 hard. König Disp. Polit. prior. de Stat. Imp. Rom. opposita scri-
 ptis Joann. Bodini. Avenar. Nomicopolitic. qv. 10. p. m. 15. qui
 alios adhuc allegat Auctores.

§. 5. Præter hos, huic sententiæ, Statum scil. Imperii Monarchicum esse, pleriqvè veterum JCtorum, præser-
 tim Itali, calculum suum adjiciunt, hâc potissimum rati-
 one moti, qvod observarent in Jure Justinianeo per no-
 men Imperatorum designari summam & absolutam Rei-
 publ. potestatem, hocqvè idem ad seqviora quoqvè tem-
 pora, & nostros Imperatores Romano Germanicos ac-
 commodaverunt, uti tradit J. W. Textor. tractat. Jur. Publ.
 de ver. & var. Rat. Stat. Germ. moderni p. m. 30. seqv. Idem
 omnes sentiunt Catholici teste Rhetio Disp. Jur. Publ. 4.
 Cap. 2. §. 8. n. 85. p. m. 205. jung. Arniseus de Jur. Majest.
 Lib. I. Cap. 2. n. 1. p. m. 17. seqq. ex alio tamen fundamento,
 qvia nim. hâc via religionem suam reduci posse confidunt.
 Conf. Christoph. Besold. Diff. Sing. de Stat. Reipubl. mixto Cap. 2.
 Th. 5. in fin. p. m. 180. & Lib. I. Politic. Cap. 8. §. 2. n. 5. Limnaeus
 Tom. I. Jur. Publ. Lib. I. Cap. 10. n. II.

§. 6. Pro

§. 6. Pro forma Aristocratica arma stringunt Bodinus de Republ. Lib. 2. Cap. 1. & 6. & method. Histor. Cap. 7. (cui relativé respondet Cluten. Syllog. rer. quotid. Tb. 16. p. m. 49. jung. Reinh. König alleg. Disput. Polit. prior. de Stat. Imp. Rom.) ut & auctor invisi alias scripti Hippolith. à Lapide de Rat. Stat. Germ. Part. 1. Cap. 2. & 18. qvem tamen refutat Textor alleg. Tractat. Cap. 2. p. m. 35. seqq. & peculiari tractatu Bæcl. (eundem qvoqvè, ast parum felici successu, impugnare tentarunt Slüter. & Auctor Comiziologiae Ratisbonens. de Anno 1654. ac Stamler in tractat. de Reservat. Imper. vid. judicium Domini de Monzambano de Stat. Imp. Germ. Cap. 6. §. 7. p. m. 153. Causam verò hujus inter eruditos notissimi scripti Hippolithi, qvod ante conclusam pacem Monasteriensem prodiit, eo tempore qvò maximè bellum inter Cæsarem & Suecos fervebat, in implacabili odio adversus domum Austriacam ponit Burgold. Notit. Rer. illustr. Imp. Rom. Germ. Part. 2. Disc. 5. §. 1. p. m. 40. circ. fin. & Monzambano d. l.) Ulterius qvoqvè pro Aristocratia allegari solet, effatum Electoris Moguntini, cuius verba memoriæ prodidit sleidan. Lib. 1. de Stat. Religion. & Reipubl. p. 16. explicationem tamen eorumdem suppeditat Dnus Rhetius allegat. saepius Disput. 4. n. 89. p. m. 205. conf. omnino Burgold. d. modò l. p. m. 41. post med. Schweder. Introd. in J. P. Part. Gen. Cap. 4. Tb. 49. p. m. 153. Limnaeus Tom. 1. Jur. Publ. Lib. 1. Cap. 10. n. 13. seqq. Carpz. de L. Reg. German. Cap. 13. Sec. 9. n. 9. p. m. 919. b. Ceterum rationes pro Aristocratia militantes recenset Schüß Colleg. Publ. de Stat. Rei Rom. Vol. 1. Disp. 1. Tb. 25. Lit. B. jung. Liebenthal Colleg. Polit. Exercit. 8. qv. 1. ubi undecim argumenta, hanc sententiam corroborantia, affert: de qvibus tamen juxta propositum nostrum Cap. ult. agendum erit.

§. 7. Ac-

§ .7. Accedimus ad tertiam Classem, in quâ eos collocavimus Auctores, qui formam Imperii nostri mixtam volunt, ex Monarchia & Aristocratis. Inter quos citra præjudicium ordinis, uti in præcedentibus, ita & hîc primo loco nominare licebit *Carpz. ad L Reg. Cap. 13. Sect. 9. n. 10. seqq.* ubi ad propositam quæstionem, qualis ergò Imperii nostri Status? ita respondet: *Dicant alii quicquid velint, ego mibi nunquam persuaderi patiar, faciem Imperii bodiernam, Statum simplicem, vel Monarchicum, vel Aristocraticum præsentare, ex principiis Politicis ita edocitus, quin potius ex utraqvè tam Monarchia, quam Aristocratis Imperium Romano Germanicum commixtum existimaverim.* H. J. (neqvè tamen propterea sibi ipsi in *d. Cap. 13. Sect. 10. n. 6. En. 24.* contradicit, cum utrumqvè admittat, scil. mixtrum, ast talem in quâ Monarchia præemineat, à quâ tanquam potentiori parte, Imperium nostrum Monarchicum appellandnm.) Ita quoqvè *Dnus Conring. Dissert. Polit. de Nomothet. Respond. Hammerstein Th. 45.* concludit, Rempubl. nostram non quidem Monarchicam, nec puré Aristocraticam, sed utraqvè hac mixtam esse. Hisce adjungendus *Auctor des veränderlichen Staats. Mantels Cap. 8. per tot. n. 1. p. m. 52. Textor. tractat. Jur. Publ. de ver. & var. Rat. Stat. German. modern. Cap. 2. p. m. 44. seqq. conf. p. 55. Burgold. ad Instrument. Pac. Part. 2. Disc. 5. §. 3. & passim. Pacific. à Lapid. in not. & strictur. in Severin. de Monzambano Disc. 12. n. 1. seqq. Schönborner Polit. cit. Lib. 1. Cap. 16. Strauch. Instit. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 4. §. 11. p. m. 32. Vitriar. Instit. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 2. §. 3. p. m. 19. (Gin edit. noviss. d. A. 91. p. 55.) ubi ita argumentatur: *In quacunqve Republ. Subjecta Majestatis existentiæ sunt diversa & mixta, istius Reipubl. forma est mixta.* A. in *Republ. Ro-**

B

ma-

mano Germanica &c. vid. Art. 8. Instrum. Pac. E. Respubl. Romano Germanica est mixta: jung. idem d. Lib. 1. Tit. 7. §. 4. p. m. 88. (in ed. nov. p. 256.) & Lib. 3. Tit. 13. §. 10. p. 412. (in ed. nov. p. 787.) nec non Lib. 1. Tit. 7. §. 6. p. 91. (in ed. nov. p. 259. sequ.) conf. Joachim. Cluten. Syllog. rer. qvot. supra jam allegit. Aucttor microscopii Statistici, seu Dissertat. de Dominio eminent. in Imp. Rom. Germ. Cap. 2. §. 24. p. m. 173. seqq. Discur. Histor. Polit. Jurid. de Princip. Friedlieb/ habitus Gryphiswald. Anno 1669. Limnaeus Tom. 1. Jur. Publ. Lib. 1. Cap. 10. n. 12. Arnisæus relect. Polit. Lib. 2. Cap. 6. Sect. 5. n. 134. in fin. add. Peucer. Chronic. Part. 3. Lib. 5. in pr. p. m. 5. seqq. Georg. Horn. Orb. Polit. Cap. 1. Aphorism. 7. p. m. 10. seqv. qvi tamen videndus in Orb. Imperant. Period. 3. p. m. 83. Tandem agmen claudet Wurmser. Exercitat. Justin. 1. qv. 9. ubi pro & contra argumentis adductis, concludit, opinionem verissimam illorum, qvi volunt Imperii nostri formam seu Statum Monarchicum, cum Aristocratia mixtum.

§. 8. Sunt ex alii qvos propter connexitatem materiæ anneximus, qvi volunt, formam Imperii mixtam esse, ex Monarchia, Aristocratia, & Democratia, inter qvos Hotemannus in Franco-Gallia Cap. 10. p. m. 83. hanc- qvè etiam sententiam seqvi videtur, (qvi primo mihi loco omnium laudandus erat) Dnus D. Radovius antidhac in Alma patria P. P. celeberrimus, Collegii Senatorii ut & Ampliss. FCtis Jurid. Senior, Statuumqvè Provincialium Syndicus gravissimus, nunc reverendissimus Capi- tuli Præpositus, & Syndicus Liberæ Civitatis Imperia- lis Lubecensis meritissimus, Mecænas, & affinis hono- ratissimus, in Disput. doctissima, de Majestate, ante 36. annos h̄c habita Tb. 17. qvamvis, uti verba ejus habent, exer-

exercitii gratia , & pro libertate Academica , hanc sententiam defendendam susceperit. (jung. *Relfendso de Summa Princ. German.* potest. Cap. 13. p. 198. ubi nostrum Statum posse dici Democraticum, (qvarumvis neminem idem docentem , se vidisse fateatur,) rationibus & argumentis demonstrare laborat , ac vult , neminem nisi verbum in patria natum , negare posse , aliquid status Democratici Imperio nostro subesse: vid. tamen *Dnus Schweider. Introd. in J. P. Part. Gen.* Cap. 4. §. 49. p. m. 154.) idem sentit *Henr. Jul. Scheurl Dissert. Pol.* 3. p. m. 144. *Ipsum*, inquietus , *Imperium Romanum* , admirabilem trium formarum commixtionem continet : *Caput seu Monarcha Imperator est* , Optimates sunt Electores , & Principes , Populum Civitates Liberæ , qvarum itidem ut aliorum Statuum suffragia in Comitiis audiuntur , representant. Conf. *Contz. Polit. Lib. 1. Cap. 14.* cuius & verba recitat *Waizenegger. Dissert. de Imperat. & Imper.* Cap. 7. §. fin. p. m. 207. seq.

§. 9. Restat adhuc quartus ordo , si ita loqui licuerit , dum sine ordine , variæ variorum Auctorum allegandæ erunt sententiæ. In quo (a) primo loco ponemus opinionem eorum , qui volunt formam Reipubl. nostræ , seu Imperii R. G. esse irregularem , inter quos auctor Dissert. *Dnus Samuel Pufendorfius* , de Republ. irregulari , qvarum auspicio ipsius Londini Scanorum habuit *Dnus Patruus meus* omni honoris cultu venerandus , *Dnus Hermannus Sibrand* , Syndicus apud Sedinenses meritissimus. Idem statuit *Dominus de Monzambano* Cap. 6. §. 9. p. m. 106. dum dicit: Germaniam esse irregulare aliquod corpus , & monstro simile , siquidem ad Regulas scientiæ Civilis exigatur ; quem tamen impugnandum sibi sumxit *Burgold. P. 2. Disc. 5. n. 8. p. m. 47.* ut &

Dnus Rbetius sæpius laudata *Disput. J. P. Part. 4. p. m. 206.*
n. 100. seqq. ac Relfendso de Summa Princip. Germ. pot. Cap. 13.
p. m. 195. ubi laudat clarissimum Dnum Jacob. Thomas. qvod
*in *Dissert. de ministrissimo Corollar.* ult. contra hoc Mon-*
zamban. dogma insurrexerit. (β) Alii statum Politicum
in nostro vigere Imperio , evincere conantur , cuius
sententiæ defensionem suscepit Relfendso de S. P. G. P.
Cap. 13. p. m. 196. exin , qvod putet , multa in Imper.
Germanico instituta Oligarchica , nec pauca Democra-
tica reperiri , qvæ qvando misceantur , vel statum Ty-
rannicum (qui planè non est) vel Politicum oriri necesse
fit , juxta doctrinam Aristot. 4. Polit. 8. & 9. (γ) Qui-
dam formam Imperii nostri , talem esse autumant , qvæ
constet ex multis inæqvali inter se fœdere connexis , &
confœderatis , cuius sententiæ propugnatorem facere
solent Dnum de Monzambano de Stat. Imper. German.
Cap. 6. §. 9. junct. Cap. 5. §. 28. qvem etiam allegat Dnus
Luderus Menckenius , Præceptor qvondam Lipsiæ fide-
lissimus , deqvè re literaria admodum meritus , in Gymnas.
Polem. Jur. & Select. Controv. Jur. Publ. Rom. German.
Disput. 2. Th. 5. p. 26. Qvamvis hanc Dni de Monzam-
*bano fuisse sententiam neget Kirchring , *Dissert.* (seu po-*
tius commentar. super Bœcl. de Notit. S. R. Imp. Lib. 22.)
de forma seu Stat. S. R. J. sub præsid. Dni Lyncker. Jenæ
*habita p. 28. si *ναὶ πολὺ* sumantur ejus verba , sed inde*
eliciendum potius , qvod Respubl. nostra pro una ha-
beri nequeat , ut ita potius dicat Monzamban. qvid non
sit. Hujus qvoqvè sententiæ , qvod nim : Imperium
nostrum corpus sit , ex pluribus Rebuspubl. confœde-
ratum , se qvondam fuisse testatur Relfendso de S. P. G.
P. Cap. 13. p. m. 191. probaturus ex Grot. de J. B. & P. Lib. I.
Cap.

Cap. 3. §. 20. & 21. conf. Bodinus de Republ. 2, 6. p. m.
 359. Pariter Imperium Romano Germanicum, tanquam corpus, ex pluribus Civitatibus arctissimè coarctatum considerat Jacob. Gotfred. in Achäic. Thuan. Hist. Lib. 2. p. m. 77. conf. Burgold. Part. 2. Disc. 5. n. 7. p. m. 44. seqq.
Anton. Hulsius in Specim. Theolog. hypothet. Part. I. Disputat.
 12. Th. 9. p. 206. Lugdun. Batav. ao. 1676. edit. cum Belgio fœderato Imperium nostrum comparat. Verum hanc dubitationem, & sententiam, quā negant, Imperium una Republ. contineri, sed esse corpus ex multis Rebus-publ. fœderatis conflatum, semper displicuisse Patriæ amantibus, & hos qui hoc modo in pace, pacis Tabulas cavillari, & contra eas Legibus Imperii & Statui bellum indicere non vereantur, facundos & Sapientes esse cupere malo publico, docet Bæcler. de Notit. S. R. 7. Lib. 22. Cap. 2. p. m. 216. ad quem locum videndus Kircbiring. p. 30. seqq. Deditquē hæc opinio præprimis Obrechts ansam, edendi *Dissertat. de unitat. Reipubl. in Sacro R. J.* quem videsis. Conf. Schweder. *Introd. in Jus Publ. Part. Gen.*
Cap. 4. §. 48 p. m. 153.

§. 10. Ita quoqvē Rachel Inst. Jurisprud. Lib. I. Tit. 40. §. 4. p. m. 129. in dubium vocat, an Germania omnis unam hodiē, an plures Respubl. inæquali fœdere quodammodo cohærentes constituat, inqvē posteriorem inclinat sententiam in *Introd. ad Jus. Publ. German.* Cap. 18. p. m. 187. seqq. in quam etiam Conringium ad Lampad. (videtur innuere verba illa quæ habet Part. 3. Cap. 3. ad §. 20. p. 143.) propendere, vult videri posse, dum tradit, parum abesse, quin simpliciter singuli Principatus, singulæ Imperiales Urbes, prout hodiē sese habent, omnia sint totidem civilia corpora inter sese non nisi fœdere, quoad

nonnulla duntaxat conjuncta : Dubitat tamen *Rachel d. l.*
p. m. 187. Conringium hanc sententiam , uti præ se fert,
 serio fovere , cum ex eo audiverit , non esse absurdum di-
 stu , etiam plurium Gentium unam esse Rempubl. Nec
 memini in lectione Conringii hæc talia occurrere. Ast
 cur Imperium nostrum , non possit esse Systema plurium
Civitatum inæqualiter fœderatarum , rationes allatas vid.
 apud *Dominum Luder.* *Mencken.* laudato suprà *Gymnas.*
Polem. Disput. Jur. Publ. 2. Th. 5. ut & *Dnum Schweder.* in-
 troduc*t.* in *J. P. Part. General.* *p. m. 153.* sequ*v.* jung*.* *Aucto-*
res veränderlichen Staats. *Mantels Cap. 8. §. 1. p. m. 53.*
seqv. *Pacif. à Lapide in not.* *Strictur. ad Monzamb.* *Disc. 9. n.*
4. p. m. 537. ad *p. 546.* *Burgold. ad Instrum.* *Pac. Part. 2. Disc.*
§. n. 8. p. m. 47. *Brüggeman. de scopo Reipubl. German.* *Sect. 1.*
n. 7. *Vitriarius Institut.* *J. P. Lib. 1. Tit. 19. §. 3. p. m. 203.* (*in*
ed. nov. p. 505.) (δ) Oligarchicum nostrum facit statum,
Eichel in Dissertat. de Republ. mixta Tb. 19. qvem citat *Re-*
fendso de Summa Princ. Germanic. potestat. *Cap. 13.* *p. 189.*
 (reprehenditur tamen ea propter à Dno Schweder. *introd.*
in J. P. Part. General. Cap. 4. §. 49. p. m. 154.) videturqvè
 in eandem propendere sententiam *Rachel Instit. Jurisprud.*
Lib. 1. Tit. 40. Aphorism. 6. in fin. p. 132. (ε) Polyarchicum
 Imperii nostri statum esse fingit *Textor de ver.* & var. *Ra-*
tion. Stat. German. moderne Cap. 2. p. 33. circ. med. Et hæ
 celebriores sunt Auctorum sententiæ , qvarum qvælibet
 suos , uti semper fieri solet , reperit Sectatores. Sunt qui-
 dem adhuc aliæ in promptu , (imò tot fermé opiniones ,
 qvot olim portæ Thebis , haud sine admiratione reperi-
 es;) ast cum hæ ipsæ commodé ad modò recensitas refer-
 ri queant , vel etiam minus ac aliæ receptæ sint , impræ-
 sentiarum in potioribus acquiescendum duximus. Pro-
 gredimur ad
 CAP.

CAP. II.

CAUSAS QVASDAM TANTÆ DISCREPANTIAE EX-
HIBENS.

§. I. Ingenui non est civis, tam varié de hoc argumento sentire, sunt verba *Bæcleri*, si fides habenda *Dno Rhetio Inst. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 2. §. 146. p. m. 142.* Manet tamen dissensus, & manebit, qvamdiu experientia, locuples rerum Magistra, probabit, vel potius docebit, verum esse effatum Ulpiani in *I. 17. §. 6. d. recept.* & *qui arbitr. recep.* qvod scil. naturalis hominum sit ad dissentendum facilitas; Ast cum nimis generalem hanc esse causam qvilibet facilé perspiciat, specialiores, & ad propositionem nostrum facientes, inquirendæ erunt. (n) Prima hæc esto: qvod diversa sint hominum studia, diversis qvi imbuti principiis, qviqvè juxta hæc statum Imperii interpretantur, sensum potius inferendo, qvām ex veris & genuinis Politices fundamentis exspectando, uti videre est, in Ddribus Cis-& Transalpinis. Sic, ut exemplis res fiat illustrior, cum alii Politicorum mixturam concedant, alii negent, qvā de re supra. Cum alii distinctionem inter statum & administrationem mordicus defensitent, inter qvos *Cellarius Polit. Lib. 2. Cap. 1. n. 30. seqq. jung. Sitbman. Specul. Imp. Rom. Cap. 10. n. 61. p. 207. ibiqvè allegg. Cotbman. in Cod. Lib. 1. Tit. 1. qu. 1. n. 10. Gotbfred. Antonius Disput. Anti Vultej. 1. per tot. Avenar. Nomicopolitic. qu. 10. p. 14. ibi- qvè citat.* Alii negent, qvod facit *Limneus Tom. 1. Jur. Publ. Lib. 1. Cap. 10.* qvi distinctionem hanc planè invertere conatur in *discurs. contra Wihendorff Sect. 3. & alibi passim. Althus. Polit. Cap. 39. n. 3.* (qvamvis distinctionem hanc non omnino rejiciendam, sed in qvibusdam Stati-

Statibus seu formis Rerumpubl. admittendam esse , doceat Borussiæ Ducatus : cuius Status licet Monarchicus sit, administratio tamen Aristocratica est , qvatenus administratur per Gubernatorem , & Supremos Consiliarios , qvorum qvatuor sunt, solentqvè vernaculo vocabulo appellari die Herren Ober-Regiments Råthe / & gaudent supremis officiis qvatuor. Primus est Supremus Aulæ Provincialis Magister der Land-Hoffmeister / obitqvè hoc munus, Dnus Joannes Ernestus à Wallenrod, vir gravis, & multarum rerum usum habens , cuius multa domi fo- risqvè vel provisa prudenter , vel acta fortiter , vel dicta acuté feruntur , propterea quasi cognomen habet Sapien- tis & Βιβλιοθήκης ἐμψύχως. Proximus ab illo est Burggra- vius Supremus, Dnus Georgius Christianus Finck à Fin- ckenstein. Hunc excipit Cancellarius , qui etiam feudo- rum Directorium tenet, & Præses est Supremi Tribunalis, (qvod lectum Justitiæ meritò dixeris,) Dominus Geor- gius Fridericus à Kreuzen / in quo & summa humanitas, & mira comitas , cum magna tamen auctoritate conjun-cta. Quartus deniqvè est Marescallus Supremus, Dnus Otto Wilhelm à Perband. Conf. im Hoff. Notit. S. R. Imp. Lib. 2. Cap. 8. n. 9. & 10. Imperio interim nostro R. Germ. hæc distinctio applicabilis haud videtur.) Cum alii temperamentum admittant , alii non ; qvilibet verò sententiam , qvam vel imbabit à Doctore suo , vel è proprio effinxit cerebello , qvamqvè rationi suæ , & captui convenientem semel elegit , ac publicé defendere cœpit , haud facilē mutet , sed potius ad eandem cuncta qvæ apud alios forté legit, distorqveat , & vim verbis inferen- do sibi applicet , cum injuria qvamvis proferentis , dum- modo tamen testes aliquot ad fidem sententiæ faciendam secum

secum rapere possit, obtorto licet collo: (rarum enim admodum hodiè est id genus hominum, qui se vinctos, & errasse fatentur, vel etiam veritati, quam semet genuinam (quæ tamen aliquando ficta & fucata prudentioribus apparet,) amplecti, quavis certissimè cedit, cedunt) & uti *Bæcl. ad Grotium, I, 3, 7. p. m. 227.* eleganter loquitur, *verè errores ornare, Et ueri, inter mores, Et artes seculi est:* quinam alii provenire possunt fructus, vel sperari, quam discordia, & dissensus?

§. 2. (2) Secundam discrepantiæ rationem in eo ponemus, quod alii ex principiis Aristotelicis, hanc quæstionem, quisnam scilicet sit Imperii status? decidere studeant, formamque illius per omnia ad amissim præceptorum ejusdem dimetiendam, & describendam sibi persuadeant, in verba Aristotelis jurando, cum tamen nec ipse singulas voluerit describere Rerum publ. species, nec quoque potuerit, cum natura semper deproperet novas edere rerum formas. Alii contra prorsus eundem reiciendum statuant: vid. *Relfendso de Summa Princip. Germanic. potest. Cap. 13. p. 194. Dnus Rhet. Inst. Jur. Publ. Lib. I. Tit. 2. §. 146. p. m. 142.* (3) Tertiò variæ discrepantium opiniones ex diversa affectione, & studio aliis placendi, ortum trahunt. Sic v. gr. alii magis Imperatori favent, alii Imperii hostibus addicti sunt. Alii hunc, alii illum optant, & pro sua Status ratione fingunt, Imperii Statum: & alius hanc, alius aliam adamat Reipubl. formam, pro diversa ingenii inclinatione: quibus apud alios accedit privatum interesse, & turpis amor quæstus, quatenus hodiè mercenarium scribendi studium. Vid. *Arniseus de Republ. Lib. 2. Cap. 6. Sect. 5. n. 3. p. m. 884. jung. Dnus Schweder. introd.*

C

in

in J. P. Part. Gen. Cap. 4. §. 49. p. m. 152. in pr. Limnaeus Tom. I. Jur. Publ. Lib. I. Cap. 10. n. II. Burgold. ad Instrum. Pac. Part. I. Disc. 10. §. 15. p. m. 202. post med. (7) Qvar-
tò qvoqvè hæc discrepantiæ causa statui potest, qvod tempora antiquiora Justinianeum cum modernis, & Jus privatum cum Jure Publico, imò Jus Publicum Justinianum cum Jure Publico moderno confundatur: Unde fit, qvod cum in primis veteres JCti omnia ad decempedam Juris Civilis metiantur, haud tutò eos sequamur: vid. Burgold. ad Instrum. Pac. Part. 2. Disc. 5. n. 5. p. m. 42. Carpz. Commentar. in L. Regiam German. Cap. 1. Sect. 14. n. 19. Dnus Lud. Menckenius Gymnas. Polem. Jur. Disput. Jur. Publ. I. Tb. 2. Besold. Dissertat. Sing. de Stat. Reipubl. mixto Cap. 2. Tb. 3. Arniseus Relect. Polit. Lib. 2. Cap. 6. Sect. 5. n. 5. p. m. 884. circ. fin. seqv. Disput. d. L. Regium Roman. antiqu. tum German. hodiern. Praef. Ungepaup. Jen. Anno 42. habit. Tb. 53. seqv. qvamvis sint qui studio, & favore antiquitatis eò ducantur, ut velint hodié tale censeri Imperium, qvale tempore Augusti fuerit, qvatenus L. Regia nunquam revocata, cumqvè hâc Capitulationes nostras Imperatorum planè convenire credant. Vid. Waizenegger. Dissertat. de Imperat. & Imper. Cap. 7. §. 7. p. m. 202.

§. 3. (7) Quintò qvoqvè non parum momenti ad discordantiam, disciplinarum depravatio adfert: qvod hodié tantam disciplinarum confusionem, (ad qvam imperitia Civilis scientiæ solidioris, ansam dedit,) introductam videamus, ut qvorsum qvis se vertat, vix vel Lynceus perspicere queat, qvâ de re & olim & hodié doctissimi qviqvè conquesti. Conf. Bœcl. de Notit. S. R. Imp. Lib. 22. Cap. I. p. m. 213. circ. init. Lin. 3. seqq. Huic connexum est

est (1) Sextò illud, errori, & conseqventer dissensui (qvod alii meliora se invenisse crederent) occasionem præbens, qvod qvidam ex S. S. ut & Jure Canonico , ac Feudistarum sententiis , qvæstionem hanc dirimendam sibi persuaderent , qvod tamen alieno loco , & nullo idoneo usu factum docet *Bæcl. de Notit. S. R. f. d. Lib. 22. Cap. 1. p. m. 213.* Dum verò Sacrarum Literarum mentionem injecimus , innuimus inde resultantem qvæstionem de qvarta Monarchia , qvam ex vaticinio Danielis defensitarunt *sleidanus de IV. Summ. Imper. Lib. 3. circ. fin. Matthæus Dresserus* peculiari oratione *de Monarchia IVta Romano Germanica* , qvæ addita est ejusdem Isagog. Histor. *Helvicus, Synops. Histor. Univers. Termin. V. p. m. 52. seqq.* aliiqvè penè innumeri , refragantibus *Bodino, Becmanno in Medit. Polit. Cap. ult. 26. Conringio* , aliisqvè: qvæ tamen controversia , ne extra oleas vagemur , obiter saltem notata esto.

§. 4. (1) Septimam discrepantiæ ac confusionis causam nominare placet confusionem terminorum , Jurium scil. Majestatis , superioritatis territorialis , & Regalium , uti videre apud *Francisc. Iren. ad Burgold. Part. 3. Disc. 1. ad pag. 2. lin. 23. p. m. 1.* Hinc reprehendit in eo *Lampodium, de Republ. Rom. Germ. P. 3. C. 3. §. 16. Conringius d. l. p. m. 142.* qvod Majesticam Principibus Jurisdictionem adscribat qvæ tamen Superioritas vulgo dicitur. Innuitqvè venerandus Dnus Parens , Senior Almæ hujus , in *Dissertat. de Superioritat. Territor. posit. 3.* contradictionem qvandam involvere , qvando superioritas illa effertur per inferiorem Majestatem , vel Majestatem dependentem , ceu appellare amat *Anton. Coler. de Jur. Imperat. Germ. Concl. 39. § 40.* qvæ qvidem Dni Parentis

sententia adprobata à Dno Schweder. introd. in J. P. Part.
 Spec. Secl. 2. Cap. 10. §. 2. p. m. 869. pr. videtur tamen contra eundem statuere Dnus D. Simon in *Dissert.* qvâdam de Jurisdic^t. territoriali Stat. Imper. sublimi Anno 72. habita Cap. 1. §. 9. in med. qvia nim: Status Imperii more Regio subditis suis ; ut plurimum absoluté imperitare dicantur, qvorum respectu omnino independentes esse censet. Qvamvis hâc ratione vocabulum Majestatis, salvo tamen rectius sentientium judicio , salvo qvoqvè Viri celeberrimi respectu, nimis laté extendi crediderim , sicqvè & omnem illum (ex paritate rationis) qui inferiorem sub se habet, à qvo non dependeat , Majestate frui , dici posse, exin eliciendum videtur : cum tamen proprié loquendo, illa potestas qvæ planè est independens sola mereatur Majestatica dici , & suprema , uti qvoqvè sentit *Conring.* d. l. ad *Lampad.* p. m. 142. conf. *Carpz. Prax. Crim.* P. I. qu. 41. n. 23. seqq. & n. 66. Dnus Mencken. *Gymnas. Polem. Disputat.* J. P. 3. Tb. 5. *Burgold. ad Instrum. Pac.* P. I. Disc. 10. §. 18. p. m. 266. seqv. Unde novam Furstenerii divisionem in Status Imperii Majores , suprematu gaudentes, qvos potentats , & Souverains vocat , & minores, tanquam Legibus publicis ignotam , multi non injuria, tanquam magis in potentia qvam Jure fundamentum suum habentem, suspectam habent, inter qvos Dnus Rhetius Lib. 2. Tit. I. §. 12. allegatus præter alios à Dno Menckenio in *Gymnas. Polem. Disputat. Jur. Publ.* I. Tb. 20. neqvè admittenda est distinctio , qvâ suprematum contradistinxit superioritati territoriali *Furstener. de supremat. Princip. Germ. in præfat.* eâpropter impetus ab auctore not. & animadvers. p. m. 14. seqv. cum uti jus territoriale , ita etiam suprematus omnibus & singulis Imperii Statibus com-

competat , docente *Rhet. Inst. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 2. §. 145.* in fin. p. m. 139. seqq. (sed hæc saltem obiter notata sunt.)

§. 5. (¶) Octavam discrepantiæ causam recensemus , generaliorem licet , hanc tamen haud citra notam dimittendam , qvod in nostra Republ. qvod nullibi alias gentium reperire est, integrum sit, in hac materia scribat quis qvod velit: Cum tamen hæc ipsa puris tractanda foret manibus , sensusqvè petendus ex Legibus fundamentalibus : vid. *Bœcl. de Notit. S. R. J. d. Lib. 22. Cap. 1. p. m. 213. circ. med.* ibi: *Est & aliis Sc. jung. Limnaeus Tom. IV. Jur. Publ. Imp. Rom. German. addit. ad Lib. 1. Cap. 2. post. n. 17. conf. Beclman. Medit. Polit. Cap. XI. Tb. 7. p. m. 159.* Omnibusqvè (qvod optandum) pro Regula deberet esse aureum illud effatum *Bœcl. in Not. S. R. J. Lib. 22. Cap. 3. p. m. 218. post med. in omni, inqventis, bené constituta Republ. de Statu Reipubl. nemini licere debet aliter loqui, quam Leges publicæ loquuntur, & decernunt, quæ verba etiam laudat Dn. Rhet. Inst. J. P. Lib. 1. Tit. 2. §. 146. p. m. 142.* Adducere quidem , vel potius pluribus deducere possemus , & alias adhuc causas , quæ varia de forma Imperii nostri, intulisse judicia videntur: v. gr. qvod multi infirmas admodum rationes , imò falsas , pro veris admittant , aliena pro genuinis adjicent. Alii ex libellis qvibuscunqvè pa- sim impressis , ac curiosorum hominum discursibus , si- cut appellari volunt , statum addisci posse autument , qvos ipsos meritò notat *Bœcl. de Notit. Reipubl. p. m. 67. Obrechts. in Dissertat. de unitat. Reipubl. Rom. Germ.* Alii distinctionem Majestatis in Realem , & Personalem admittant , vid. *Cellar. Lib. 2. Cap. 7. n. 18. seqq.* & ita applicent , ut hæc quidem Imperatori , illa vero Ordinibus competat

vid. *Bæcl. ad Grot. I, 3, 7. p. m. 255. seqq.* Unde Imperium Imperatore majus esse, vult *Job. Belitß Idea Jur. publ. Tab. 2. qv. 10. p. 6.* qvem tamen cum Fibigio refutat Richter *Discurs. de Augustiss. domus Austriac. Jur. ac præm. Cap. 2. §. 3.* (conf. *Gastel. tractat. de Stat. Publ. Europ. part. I. Cap. 5. n. 24.*) neqvè securitati, & auctoritati Principis satis consulunt, qvi duplicem hanc Majestatem in Imperio fingunt, uti loquitur *Dn. D. Lud. Menck. in Gymnas. Pol. Jur. Nat. & Gent. Disp. 1. Th. 5. jung. omnino Ziegler. ad Grot. d. Lib. 1, 3, 7. verb. Subject. commun. p. m. 126.* ubi docet, potestatem imperandi, immeditatè à DEO conferri, perinde uti potestas docendi, solvendi, & ligandi, administrandi sacramenta &c. qvæ Ministro Ecclesiæ competit: Uti ergò populus eligendo Pastorem, non conferat potestatem istam, nec conferre possit, cum non habeat, sed personam electam potestati applicet: Ita & eligendo Regem non conferre populum potestatem imperandi, sed personam electam producere, eamqvè destinare ad exercitium potestatis illius, à DEO immeditatè conferendæ. conf. *Job. Frid. Horn. de Civitatt. Lib. 2. Cap. 1. §. 8. p. m. 171. seqq. usqvæ ad finem Capit.* ubi allegat. *Dan. 2, 37. & 5, 18.* & qvam prolixissime juxta hæc principia differit: In primis legantur ea qvæ habet der Europäische Herold *Franckenberg* p. 62. b. post m. seqv. (jung. *Marc. Zuer. Boxborn. de Majestat. Reg. Principumq; Lib. Sing.*) Qvæ sententia uti omnem sic dictam Majestatem Realem evertit, ita animum ad exhibendam debitam imperantibus reverentiam, maximoperé movet. vid. tamen *Dnus Thomas. Instit. Jurispr. divin. Lib. 3. Cap. 6. §. 66. & seqq.* plurib. ibiquè note ipsius qvæs adjecit edit. novissim. d. Anno 94. Sed has post numerum octavum recensitas causas indi-

ce

ce saltem monstrasse, supremoqve digito tetigisse sufficiat, applicationem illi , qvi judicio rit^e instructo Auctores ipsos leget, relinquentes.

CAP. III. & ult.

ARGUMENTA PRÆCIPUA SENTENTIARUM CELEBRIORUM,
& QVÆNAM PRÆ RELIQVIS ELIGENDA,
TRADIT.

§. 1. Inter celebriores sententias , de statu & forma Imperii nostri , tres potissimum eminere , ex superioris adductis constabit : qvarum (1) eorum qvi Monarchiam volunt. (2) illorum qvi Aristocratiam credunt. (3) & media inter has , mixturam , vel si mavis, temperamentum aliquod admittit. Ad auctoritates hoc loco non provocabimus , cum de illis jam constet. Progrediendum nunc erit ulterius , & videndum , an sine, vel qvânam ratione moti , hi Viri loquuti sint , quibus perspectis , & invicem collatis , cuilibet libertas relinquenda est , subscribendi cui velit. Pro statu Monarchico fundando hæc adferri solent argumenta (1) qvod Imperium nostrum unum & ultimum sit, ex quatuor Monarchiis Dan. c. 2. adumbratis. (2) qvod Majestatis Jura per Legem Regiam quondam in Imperatorem translata , adhuc penes Imperatorem nostrum resideant, dum L. hæc Regia nec revocata , nec revocari potuerit. (3) quamvis mutata administratio , non tamen mutatus status. (4) ab omnibus Regibus , Rebuspubl. ac Populis tam fidelibus , quam infidelibus , Imperator noster Monarcha habeatur , & salutetur. (5) nullius Imperio teneatur , neminemqve præter DEum & Ensem superiorem

orem recognoscat : Unde & Caput Imperii , das Ober-
haupt appelletur. (6) omnibus & singulis Imperii ci-
vibus ex plenitudine potestatis imperet , juxta R. J. de
Anno 1521. pr. ibi : Endtbieten allen und jeden. (7) o-
nium Ordinum Dux clementissimus vocetur. R. J. de
Anno 1521. Unser allergnådigster Her. (8) omnes &
singuli obedientiam & subjectionem debeant Imperatori,
tanquam Domino & summo Magistratui. R. J. Anno
1521. ibid. und bey Gehorsahm : qvod & subscriptiones Li-
terarum testentur , in qvibus semet subjectissimos ultrò
fateantur. (9) qvia Imperarori præstetur homagium ,
qvod ex parte præstantis , nota subjectionis. (10) Proceres
Imperii sine ulla exceptione fidelitatem ei promittant , uti
adparet ex formula jurisjurandi. (11) qvod Imperator Le-
gibus sit Solutus. (12) ab uno Imperatore Romanum
Imperium dirigatur. (13) in Imperatorem committatur
verum crimen læsæ Majestatis. (14) Mundi , seu ut alii vo-
lunt , Romani Orbis Dominus dicatur. Vid. tamen Hippo-
litb. à Lapide Cap. 18. p. m. 306. seqq. jung. Bæcl. de Notit. S.
R. Imper. Lib. 22. Cap. 3. p. m. 221. ibi : Non sunt igitur , & lati-
us in Institut. Politic. Lib. 3. Cap. 8. p. m. 191. seqq.

§. 2. Formam Imperii Aristocraticam esse , qvo
probent Ddres , his potissimum uti solent rationibus (1)
qvod Imperii Status , Imperatori & singulis Principibus
in Comitiis Leges ferant. (2) Imperator solus non possit
condere Leges universales , juxta formulam in Recessibus
Imperii adhiberi svtetam : Als haben wir uns mit denen
Ständen / und Sie sich hinwiederumb mit uns vergli-
chen. (3) non habeat Jus Pacis & belli , cum hoc Statib[us]
competat. (4) non possit indicere tributa, (5) Status Ju-
dices Camerales creent , qvorum creatio particula Juris
Ma-

Majestatis, cum Majestas magistratus constituat. (6) Eligatur Imperator, abs Electoribus & Ducibus. (7) Non habeat summam potestatem, cum Legumlatio à Statibus dependeat. (8) qvod Imperator precariam habeat potestatem, cum à Statibus possit deponi, exemplo Henrici IV. Adolphi, & Wenceslai. (9) Status se non Imperatoris, sed Imperii fiduciarios dicant. (10) extrema provocatio, non fiat ad Cæsarem, sed Cameram. (11) Imperator sit Tributarius Rex, non Monarcha, cum solvat Turcæ annum tributum 30000. Ducatorum. (12) coram Palatino possit conveniri (per text. *Aur. Bull. Cap. s. §. 3.*) &c. Et hinc termini angustiores sint, qvām ut Monarchæ competant.

§. 3. Verum enim verò qvam infirma hæc sint argumenta, pro firmando Statu Aristocratico adducta, qvam qvè parum auri puri secum ferant, si ad Lapidem Lydiūm veritatis admoveantur, exin patebit, si qvis perpendat (1) Leges in Comitiis ferri proponente, & consentiente Imperatore tanqvam Capite, Imperatoremqvè nostrum tantummodo per modum conventionis, non verò Legis propriè sic dictæ obligari. (2) potissimas Imperatoris nostri partes esse in Legibus condendis, eum habeat (α) jus convocandi, (β) solus deliberanda proponat, (γ) illius auctoritate promulgeantur: (Sic enim publicas Imperii Constitutiones Imperator edicit. Vir N. von Gottes Gnaden / bekennen und thuen kund jedermanniglich/ ubi nomen Procerum non adjicitur.) Conf. Eitel Fried. rich von Herden Grundfeste des H. Röm. Reichs Deutsch. Nat. P. 1. C. 2. P. 2. C. 1. & 10. (δ) violatores illarum à Fiscali Imperatoris conveniantur. (3) maximas itidem Imperatoris esse partes circa Jus Pacis & belli. (4) consentientibus Statibus utiqvè tributa indicere posse. (5) in Judicio Ca-

D

me-

merali Vice - Præsidentem nomine Cæsaris judicare. (6) Imperatorem, licet ab Electoribus, non verò Ducibus eligatur, longè aliter tamen considerandum constitutum, qvam constituendum. (7) potissimas tamen Legum ferendarum partes Imperatoris esse. Ad (8) qvid respondeat Bœclerus, videri potest ex *Commentatione ipsius ad Grot. Lib. I.* Cap. 4. n. 9. p. m. 281. seqv. Cui tamen contrariari videtur *Dnus Schweder*, in *Introd. in Jus Publ. Part. Spec. Sect. I. c. 32. n. 8. p. m. 699. circ. f. junct. n. 5. seqq.* Conf. *Carpz. Commentar. in L. Reg. German. Cap. 14. Sect. 6. p. m. 963. in fin. seqq.* *Dnus Eccholt*, in *Disput. d. Jur. Maj. Imp. R. G. §. 16. circ. f.* *Dominus Thomas*. in *Dissert. 3. §. 4. Auct. de Rat. Stat. adjuncta questione*: An Imperator Wenceslaus legaliter sit depositus, &c. ventil. in *Acad. Frideric. Anno 93.* Nos in tam ardua & periculosa qvæstione judicium nostrum lubentissimè suspendimus, cum id ante nos fecerint Viri celebriores, imbecillitatemqvè nostram agnoscimus. (9) Status semet non Imperii tantum, sed & Imperatoris fiduciarios dicere, cum & huic præstent juramentum fidelitatis. (10) Extremam provocationem, & ad Cæsarem, & ad Cameram fieri, inqvè Camera vice Imperatoris Jus dici. (11) distinguendum omninò esse inter tributum conventionis, & subjectionis: Accedente, qvod Imperator tributum haud solverit, ut Imperator, sed ut Rex Hungariæ, non in servitutis auctoramentum, sed ut fines ab excursionibus tueretur, conf. *Grot. d. J. B. & P. I, 3, 22. ibi qvè Ziegli.* (12) Imperatorem non conveniri coram Palatino, ut superiore, sed tanquam Judice sua sponte electo, salvo Majestatis jure: qvod ipsum & abs Rege Galliæ factum, & Hispaniæ, aliisqve fieri constat, qvorum ille, qvondam apud Parliamentum, hic coram certis à se constitutis Magistratibus convenitur, teste

ste Jun. Brut. in vindic. contra tyrann. in repet. ad qu. 6. quem
allegat Schriftsmeier. Specul. Polit. qu. 10. p. m. 109. circ. fin.

§. 4. Et hinc non possumus non communi inhæ-
rere Ddruum opinioni , statuentes, Statum Imperii Rom.
Germ. Monarchicum esse, & qvidem Aristocraticē mix-
tum, vel si mavis , temperatum , (qvamvis inter mixtu-
ram & temperamentum differentiam ponendam moneat
Bæcl. Dissertat. de Notit. Reipubl. p. m. 64. & *Dissertat. de*
eo qvod Civit. egit p. m. 47. seqv. ut & in Instit. Polit. Lib.
3. Cap. 8. p. m. 189. post med. nos interim prout & alii, in
verbis erimus faciles , modo in re conveniamus.) Di-
cimus Statum Imperii Monarchicum , qvia Majestas e-
jusqvè Jura omnino Imperatori nostro adscribenda: ne-
qvè negari salva veritate potest, cum Imperator noster
(α) verum habeat Jus Majesticum , (β) plenum (cum nul-
la pars nominari possit , à qva exclusus , sed potius in o-
mniibus concurrat, & qvidem ita, ut Proceres ne qvidem
conjunctim sumti , in rebus Imperii aliqvid Majesticē
possint, qvæ plenitudo etiam passim in Recesibus Impe-
ratori nostro attribuitur, verbis, aus Kaiserlicher Macht/
und Vollkommenheit) & (γ) secundum qvid absolutum,
qvatenus partes qvasdam solus habet, (conf. Anonym. cu-
jusdam Jus Publ. Rom. Germ. Das ist Beschreibung des Heil.
Römischen Reichs Teutsch. Nat. worinnen nicht nur Sc.
Part. 4. Cap. 1. Gastel. tractat. de Stat. Publ. Europ. noviss. Part.
1. Cap. 5. n. 28. ubi plures allegat.) Imperatorem nostrum
verē posse dici Monarcham. Pepercimus verbis , qvia
hæc jam pluribus deduxit Dnus Eccholt in Disputat. de
Jur. Majestic. Imperat. Rom. Germ. Resp. Braun Lipsiae
Anno 87. babita. (qvamvis sint, qui statuant Imperatorem
Imperii esse Vasallum. Vid. Limnaeus Tom. I. Jur. Publ. Lib. I.

Cap. 10. n. 50. circ. fin. & Venetorum Duci vix parem, immò inferiorem , Bodin. de Republ. Lib. 4. Cap. 1. fol. 391. citat. Paurmeister de Jurisdict. Imper. Rom. Lib. 2. Cap. 2. n. 34. p. m. 357. ubi eundem refutat. add. Textor. de ver. & var. Rat. Stat. Cap. 2. p. m. 34. in fin.) Interim Statum Imperii puré Monarchicum haud esse, is facile largietur, qvi perpendet, teneri Imperatorem nostrum ex pacto adhibere consensum Statuum vel Electorum eosqvè in partem & consortium non paucis in rebus admittere. Neqvè qvis-qvam firmiter inficias ibit, per Capitulationem Cæsaream , (ex qvâ demum cognosci potest qvalis sit Imperii Status , & regiminis forma , Limneus Proleg. Capp. Sect. 8. n. 57. qvæqvè norma ac forma est regiminis & statutus in Imperio , Eitel Friederich von Herden Grundfest des Heil. Römischen Reichs. Part. 3. Cap. 3. p. m. 203. & ex qva unâ hora qvandoqvè plus addiscendum , qvam 20. annis vix conseqvi licet experientia , uti loquitur Carpz. prefat. ad Lect. in L. Reg. Germ. in med.) id agi, ut pleraqvè Jura Majestatica in Imperio Germanico cum statibus Imperii sint communia. Cœterum , ne acta jam sæpius ab aliis , agamus , vel etiam patientiam L. B. lædamus , qvæ ut plurimum in fine frigere solet, operam nostram in collectione variorum Auctorum , mixturam in Imperio agnoscentium , commodabimus : nec forté injucundum erit, vel plane inutile per Indicem qvæsi, & uno intuitu illa capere , qvæ alias haud sine jactura temporis ex aliis conqvirenda. Videatur ergo dictæ sententiæ & opinioni , (si temperamentum , ac mixturam pro iisdem habueris) calculum adjiciens Carpz. Commentar. in L. Regiam Cap. 13. Sect. 8. & 9. Schriftsmeier Spec. Polit. qu. 10: p. m. 106. circ. fin. ubi tutissimam hanc vocat senten-

sententiam. *Bæcl. de Notit. S. R. Imp. Lib. 22. Cap. 3. p. m.*
 222. circ. fin. verb. Et quando vocabulis & definitionibus Pbilosophorum uti, in consuetudinem cessit, neque prærogativa
 Cæsarea, monarchicis Juribus prægnans, negari potest; Li-
 bertas autem Statuum in partem curarum & regiminis assumta
 magis magisq; exsplenduit, medius inter Monarchiam, & A-
 ристocratiam, & ex utroq; mixtus Status, plerisq; placuit.
 H. J. *Dnus Schweder. introd. in J. P. Part. Gen. Cap. 4.*
 §. 49. in fin. p. m. 154. j. §. 51. p. m. 157. seqv. *Burgold. ad Instrum. Pac. Part. 2. Disc. 5. §. 2. p. 41. & P. 3. Disc. 1. §. 1.*
 p. 2. & §. 4. p. 6. *Relfendso de Summ. Princ. German. potest. Cap. 13. p. m. 188. Liebenthal Colleg. Polit. Exc. 8. qv. 1.* ubi putat,
 quod ille qui medium hanc sententiam tenuerit, difficultatibus illis, ex opinionibus reliquis fluctuantibus, minime oneretur, vel prematur. *Georg. Horn. Orb. Polit. Cap. 1. Aphor. 7. p. m. 10. seqv. Anton. Bullens oper. horar. subcif. Disc. 5. connex. 2. conf. Besold. Dissertat. Singul. de Stat. Reipubl. mixt. Cap. 2. Tb. 2.* & ex recentioribus *Anonymi* cu-
 jusdam *Jus Publ. Rom. German. Das ist Beschreibung des Heil. Römischen Reichs Deutscher Nation, worin nicht nur &c. Part. 3. Cap. 3. p. m. 213. Dnus Rhet. Disputat. Jur. Publ. IV. de Stat. German. circ. subdit. Cap. 2. §. 8. n. 94. p. m. 260. Franckenbergs Europäische Herold. p. 63. seqq. & in primis pag. 69. b. ibi: wird aber doch auch sehr gemäßigt. Funccius Orb. hodie Imperant. breviar. Erotem. 129. p. m. 66.*

TANTUM.

ERRATA.

Pag. 5. lin. 2. Q. lege, Th. pag. 6. lin. 6. *Polit. lege, de Civitate pag. 8. lin. 2. C. 7.*
 lege, Cap. 6. p. m 287. seqq. pag. 10. lin. 6. *allegit. lege, allegat. pag. 10. lin. 19.*
ex. lege, & p. 11. lin. 3. p. 198. lege, p. 189. pag. 12. lin. 1. J. P. Part. 4. lege, J. P.
4. pag. 12. lin. 3. p. m. 195. lege, p. m. 196. pr. pag. 17. lin. 5. cedit. lege, credit. pag.
18. lin. 25. p. m. 202 lege, p. m. 208. pag. 22. lin. 11 immediate lege, immediate.

D 3

Casus

Casus curiosi, nec tamen ficti, qvos decisioni Lectoris subjicit Dominus Harsdörffer, alias der spie- lende dictus, im grossen Schau-Platz Lust- und Lehrreicher Geschichte sub Num. LXXXI.

Primum Casum, quem proponit laudatus Auctor, tam: Rustico vulpes Gallinam eripuerat, hanc venator explodendo sclopetum à vulpe conseqvitur: Cum Rusticus peteret Gallinam, oblato etiam pretio istius explosionis sclopetariæ, nolletq; venator restituere, qværebatur, utrum ejus facta sit Gallina, qvi eripuit, an Rustici manserit? Ita decidendum putamus, ut pro Rustico respondeamus, edocti à JCto Pomponio (ex relatione Ulpiani) qvi similem qvæstionem tractat in *l. 44. d. A. R. D. ut & Imperatore nostro in §. 16. I. de R. D.* ubi tradit, animalia mansveta, etiamsi custodiam nostram evaserint, qvocunq; loco fuerint, nostra tamen manere.

Secundò, laudatus Auctor d. l. hunc proponit casum. Peregré profecturus quidam gallinas suas elegantioris formæ amico demandat alendas, cum donatione Ovorum pro hac custodia, & cum promissione refundendi statim sub reditu pretii in alimenta impensi. Eo absente magna oritur annonæ caritas, ita, ut pretium alimentorum consumtorum bis vel ter pretium ipsarum gallinarum exsuperet. Reversus posteà Dominus pro frumento plus exsolvere renuit, qvā illud constitut tempore sui discessus, offerendo pro impensis ipsas gallinas. Qværitur qvid Juris? Si consuluerimus JCtum Paulum in *l. 3. pr. ff. mandat. audiemus*, in causa mandati illud verti, ut melior quidem interdum causa mandantis fieri possit, deterior autem nunquam. Ex quo principio inferendum videtur,

nec

nec Dominum ad refusionem impensarum teneri. Sed cum Leges ex Legibus explicandæ, & verò juris sit notissimi, qvod mandati fines strictè servandi, ita ut qvoties certum mandatum sit, recedi à forma non debeat, qvin potius mandatario juxta fines præscriptos mandatum perficienti, actio mandati contraria concedatur, ad indemnitatē ratione mandati conseqvendam, decisio qvæstionis facilē appetet.

Tertiò d. Auctor. d. n. 81. hunc exhibet casum. Piscator scapham suam in ripam deducit, non tamen alligat: Molitoris asinus aquandus, ob turbidam in ripa aquam conscendit illam scapham, eamqvè ita commovet, ut vi fluminis abrepta pessum iverit, ipseqvè asinus submersus fuerit. Piscator scapham à molitore, molitor asinum à piscatore petit. Qværitur qvis damnum ferre debeat? qvam qvæstionem ita decidendam ex Juris nostri principiis sumimus, eum damnum ferre debere, cuius major est culpa. Cum verò major sit culpa molitoris, qvam Piscatoris: Piscatoris enim licet aliquia sit culpa, qvod in scapha non alliganda negligens fuerit, attamen talis in re sua, suo Jure fuit, qvia qvemlibet rei suæ moderatorem esse atqvè arbitrum Jura permittunt. Verum enimvero molitor nullo Jure permisit asino suo ut scapham alienam commoverit, & ita damnum dederit rei piscatoris. Tantum ergò abest, ut asinus quem sua culpa amisit, molitori à piscatore debeat restitui, ut potius molitor ex L. Aquilia de scapha piscatori teneatur.

Quartò, citatus Auctor alleg. l. hunc refert casum. Italus Genuâ Institori suo in Hispania per Literas in Italicō sermone exaratas, 102 simias sibi transmitti mandat.

Hispa-

Hispanus plures venales non reperiens, transmittit solum
 53. Genuensis pretium harum solvere recusat, præten-
 dens, se unam aut duas tantum mandasse sibi coëmi, cum
 o Italicum idem sit, qvod *aut* Latinis, facileq; suam
 hanc mentem ab Hispano potuisse conjecturari. Licet
 ergo primum inspiciendum sit, qvâ mente qvid aëtum,
 docente Ulpiano in *L. 34. d. R. 3.* Tamen si de eo non
 satis constat, mandatum obscurum, aut ambiguum, no-
 cebit ei in cuius fuit potestate apertius scribere, juxta
 principia Papiniani JCti in *l. 39. d. pac*t*.* Potuit autem
 hoc Genuensis, scribendo vel expressis verbis sine nu-
 meris, vel cum numeris ita, i, ove 2, vel adhuc ita, i, ò, 2.
 Mandati igitur aëtio ab eo non enervatur.

Qvintus & ultimus casus, ab eodem Auctore d. n.
 81. ad decisionem exhibitus, hic est. Mercator gregem
 transportandum per mare, navi imponit: Aries ex
 illo grege nauclerum dormientem cornu petit, qvi é so-
 mno turbatus iræ plenus, arietem in mare projicit, qvo
 viso, omnes oves arietem certatim seqvuntur, & sese in
 mare deturbantes submerguntur. Qværitur proin an
 Mercatori etiam de ovibus teneatur nauclerus? & pro-
 nuntiandum videtur, qvamvis nauclerus ipse corpore suo
 in mare oves haud præcipitaverit, & hinc directa L. Aq-
 viliæ aëtione non teneatur: qvia tamen qvalis qvalis fal-
 tem paterfamilias novit, vel nosse potest, qvod arietem
 oves seqvantur, nauclerum ex Interpretatione L. Aqvi-
 liæ utili aëtione de ovibus submersis, projicien-
 do in mare arietem, mercato-
 ri teneri.

Romani Imperii facies; quæ norma regendi:
Exponis Thesibus, hinc Tibi surget honor.
Ardua Materia est, quam pertractare verentur
Judicii qui non dexteritate vigent.
Maestri igitur studiis, vietrici maestri corona;
Ingenii applausum, Docta Cathedra dabit.

*Germanæ Sororis Germano Filio Domino Respondenti
jam Domestico etiam suo dilectissimo Singulari
planè affectu L. M. Q. scrib.*

Albertus Willebrand.
Doct. Profess. Jur. Ord.

Expetis ut Musæ celebrent te carmine laudis,
Ecce tibi Votum, ceu cupis ipse feram.
Itaque felicem progressum det tibi Jova,
Castra ut Musarum tangere fama queat.
Carmina libenter canerem, sed plurima cum non
Dicitent Pierides, consule pauca boni.

*benevolentiae erga Dominum Respondentem Affi-
nem suum honorissimum testandæ causâ
deproperabat.*

Johannes Barnstorff. D.

Publica quid Res sit, quæ forma Regna coruscant,
Differis, & dignus verba diserta facis.
Non te pœniteat, ceptum sic currere cursum
Gratus eris Patri, commodus atque DEO.

*paucitate linearum prolixum suum affectum
erga Dominum Respondentem conte-
stari voluit.*

M. Timotheus Büttemann.

Sint



AK
TTK
4462

SInt hæc fausta precor Majorum exordia rerum
Qvæ PRÆDULCE DECUS pulchro certamine svasit
Promere laudis amor patriæ; felicia sunto.

Ita Amico suo intimo devoto pectore grat.

C. A. G. M.

SInt hæc primitiæ faustæ dulcissime frater
Optataqve TIBI commoda grata ferant:
Qvem probat ipsa Themis sanctarum antistita legum
Totaqve juridici portio lecta chori.

*Fratri suo Melitissimo levia
bacce*

grat.scrib.

H. A. Schüs.


Sichtes ist so sehr zu loben
Als ein saurer fleisses Schweiß/
Dis thut ER durch seine proben,
Offenbahr uns ohn Geheiß.

Drumb lobet nebst mir auch Ihr Musen, und preiset/
Den/ der nebst der Eugendt den Fleiß jetzt beweiset/

Dieses schrieb in geschwinder Eyl dem
Herin Respondenten zu Ehren dessen
verbundenster

M. J. F.





Instrumentum Pac. E. Respubl.
idem d. Lib. 1. Tit. 7.
Lib. 3. Tit. 13. §. 10. p. 412.
7. §. 6. p. 91. (ined. nov.
Syllog. rer. qvot. supra
istici , seu Dissertat. de
m. Cap. 2. §. 24. p. m.
l. de Princip. Friedlieb/
nneus Tom. 1. Jur. Publ.
lit. Lib. 2. Cap. 6. Sect. 5.
rt. 3. Lib. 5. in pr. p. m.
. 1. Aphorism. 7. p. m. 10.
erant. Period. 3. p. m. 83.
Exercitat. Justin. 1. qv. 9.
ictis , concludit , op-
volunt Imperii nostri
n , cum Aristocratia
ter connexitatem ma-
mam Imperii mixtam
& Democratia , inter
Cap. 10. p. m. 83. hanc-
, (qui primo mihi lo-
s D. Radovius antidac
Collegii Senatorii ut
tuumqvè Provinciali-
everendissimus Capi-
ræ Civitatis Imperia-
nas , & affinis hono-
re Majestate , ante 36.
uti verba ejus habent,
exer-